



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

24. De Donationibus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS. XXIV.

De Donationibus.

Q. 1. *Quid & quotuplex sit Donatio? Resp.* Donatio est actus, quo liberalitatem erga alterum exercemus. *L. 29. ff. h. t.* Est vel *propria*, quæ definitur liberalis priorum bonorum alteri irrevocabiliter facta concessio. Vel *impropria*, quæ aliquid in alterum ob aliquam causam aut non irrevocabiliter conferimus. Huc pertinet *donatio mortis causâ*, *donatio remuneratoria*, *sive antidotalis*, *donatio propter nuptias*, *donatio sub modo*. De *donatione mortis causâ*, quæ fit vel ex imminentis mortis motivo vel aliquando futuræ intuitu, estque species ultimæ voluntatis, agunt interpretes ad *Pr. Inst. h. t.* *Donatio inter vivos*, quæ fit sine mentione mortis aut ejus impulsu, dum propriè sumitur, est superiùs definita; vel latius, est actus, quo rem licitam ex motivo nudæ liberalitatis absolutè & irrevocabiliter in alterum conferimus. *L. 1. ff. h. t. L. 82. ff. de R. I.* Fit hæc vel per *stipulationem*, quo casu competit actio ex stipulatu vel condictio certi; vel per *pactum nudum*, consensu utriusque, donatoris & donatarii sufficienter manifestato absque traditione; & hodie parit conditionem ex *L. si quis argentum. 35. C. h. t.* vel per *nudam pollicitationem*, quæ tamen ante alterius acceptationem nullam obligationem producit. Vid. Engel *h. à n. 2. Leur. Q. 557. h. t.*

Q. 2. Quinam possint aut non possint donare
 Resp. 1. Mortis causâ donare potest, qui testari potest
 L. 15. ff. de mort. caus. donat. imo filiusfam. potest
 licet ne quidem consentiente patre testari possit
 de bonis adventitiis, hujus tamen interveniente
 consensu tam inter vivos, quàm mortis causâ
 donare valet, c. pen. §. quamvis de sepulc. in
 L. 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat.

Resp. 2. Donare inter vivos merè liberaliter
 possunt, qui bonorum dominium & liberam ad-
 ministracionem habent, nec specialiter prohibe-
 bentur, L. 21. C. mandati. Ex defectu dominii
 invalida est donatio merè liberalis Procuratorum
 item Tutorum & Curatorum de rebus pupillarum
 & Minorennium, L. 22. & 46. ad adm. Tut.
 aliquas tamen ejusmodi donationes consuetudo
 excusat, L. 12. ff. cit. Ex defectu libera ad-
 ministracionis invalida est donatio pupilli, mi-
 noris cum limitatione, prodigi, filiusfam. in bonis
 adventitiis sine consensu patris. Ex defectu
 utriusque Religiosus privatus administracionem non
 habens invalidè donat absque superioris vel ex-
 presso vel tacito consensu; prælati tamen etiam
 Regularium possunt pro ratione sui monasterii
 moderatas facere eleemosinas, & donationes in
 pias causas, modò immobilia non alienent; in
 consuetudo & honestas suadet. Multo magis
 procedit de Episcopis & Prælatiis sæcularibus,
 qui quid possint vid, Schmalzgr. h. à n. 34. Con-
 fer Pirh. h. r. §. 3. n. 8. & seq. & tit. seq. Re-
 tione prohibitionis donare non potest Pater filio,
 quem

quem in sua potestate habet, *L. 11. c. h. t.* excipi-
 tur donatio ex causâ facta, *L. 15. C. de neg. gest.*
 nec miles suæ focariæ, *L. 2. C. de donat. int. vir.*
 & uxor. & ex paritate Clericus non suæ concu-
 binæ. plura de Clericis *tit. seq. de donatione in-*
ter conjuges ad tit. 20. L. 4. Decretal.

Q. 3. Quanam donari possint vel non possint ?

Resp. I. Possunt donari res omnes existentes in
 commercio humano, siue corporales sint, siue in-
 corporales. *L. 9. pr. L. 17. & 27. ff. h. t.* etiam
 alienæ, saltem ad fundandum titulum usucapio-
 nis. *T. tit. ff. pro donato.* De calicibus, reliquiis
 vasis sacris Ecclesiæ donatis, item de beneficiis Ec-
 clesiasticis vid. *c. 4. & 8. h. t. Pirh. h. t. à n. 17.*
 Valere etiam donationem omnium bonorum,
 præsentium & futurorum, est probabile, saltem
 speculativè loquendo; tum quia Dominus potest
 de re sua liberè disponere, tum quia favere vide-
 tur. *L. 35. C. de donat. L. 8. C. de revoc. donat.*
 Latius agit desuper Franz. ad *Inst. h. t. n. 4.* ubi
 & *num 5.* an sub donatione omnium bonorum
 comprehendantur etiam nomina; & *n. 6.* an sub
 tali donatione contineantur etiam bona futura.
 Demum donatio ultra 500. Solidos, id est, du-
 catos eidem simul & uno moraliter actu facta
regulariter quoad excessum est invalida, in foro
 scil. externo tantum, ita ut donatum etiam
 quoad excessum à donatario retineri possit, do-
 nec vel à donante vel ejus hæredibus revocetur.
 Ratio, quia *Lex 36. §. 3. C. h. t.* irritans talem
 donationem non meminit fori interni. Dixi-

regn-

regulariter. propter cit. L. & L. 34. cum sub
Auth. c. 11. de testam. L. 5. & 19. §. 1. ff. h. t.

Resp. 2. Donari non possunt à Principe bo
na subditorum citra necessitatem publicam; qui
eorum non est dominus. Nec bona Corone
nisi adsit populi consensus, aut eorum qui po
pulum repræsentant. Zoës h. t. n. 27. nec heredi
ditas viventis. L. 29. §. fin. ff. h. t. nec regulari
ter bona avita vel fideicommissaria. Lauterbach
t. §. 30.

Q. 4. An & quando revocari possit donatio?

Resp. Donatio inter vivos semel ritè perfecta re
gulariter irrevocabilis est. L. 5. & fin. C. de rre
cand. donat. Revocari tamen potest donatio in
ter vivos purè liberalis. 1. Ob ingratitudinem
donatarii, & quidem in totum. L. ult. C. de re
vocat. donat. Porro Ingratum faciunt atrox in
ria, damnum, impia dextra, fides fracta, pericula
cis. Si tamen donatio facta sit Ecclesiæ, ejusque
Prælatus sit ingratus, non revocatur. c. 7. de R. l.
in 6. vid. Pichl. h. t. n. 13. 2. Revocari etiam po
test donatio inofficiosa, saltem quoad excessum
ea scil. quæ contra officium pietatis parentum
in liberos ita fit, ut hi debitâ sibi legitimâ pre
ventur. L. 2. §. 7. C. de inoff. donat. 3. Siquis li
beros non habens omnia sua bona vel notabi
lem eorum partem donavit, & postea inopinatè
tò ac præter spem liberos suscipit, L. 8. C. de rre
donat.